EXARATA GENTILITIO DIUI PAULI GLADIO EIUSDEM APOSTOLI VITÆ. SYNOPSIS PER DOMNUM...

Casimir Freschot



EXARATA
GENTILITIO DIVI PAVLI
GLADIO
EIVSDEM APOSTOLI VITÆ
SYNOPSIS

PER DOMNVM CASIMIRVM FRESCHOT
Sequanum Monachum in S. Paulo.







ROMÆ,
TYPIS MICHAELIS HERCVLIS.
Anno Iubilei M. DC. LXXV.

SVPERIORVM PERMISSV.



REVERENDISSIMO

PATRI

DOMNO STEPHANO FELICIO,

Sacri Monasterij Sancti Pauli Ord. D. Benedicti Congregationis Casinensis

ABBATI RELIGIOSISSIMO, &c.



Vltis meditanti diebus, singulare beneficium quo me dignata fuit Reuerendissima Paternitas Vestra, In tam Augustum Monasterium excipere, toties obuenit oculis spectandus Gentilitius scuti vestri GLADIVS, vt mihi inutilitatis meæ conscio, sæpius inciderit non minimi timoris anxietas. Videns enim porrectum ense minaci brachium, Quid dubius cogitare poteram nisi me Indignum à tam Nobili, & Religiosa Familia arceri? Fiduciam tamen fecit plusquam ple-

nam, tum Reuerendiſſimæ Paternitatis Veſtræ, tum Reuerendiſſimorum Patrum omnium benigniſſima humanitas, qua me in hac vſque diem continuis fauoribus proſecutum perſpicio. Non exigua eſſet miſero gratia, tam Illuſtri familiæ accenſum, ab omnibus condicta patientia tolerari: ſed hanc minimam facit, aliarum prope infinitarum cumulus quibus me in dies augeri, & experior, & erubeſco. Minoribus ſors vtilitatibus propitia, ruinæ patriæ, ſufficeret doloribus mederi, cum in exilio poſitus videam, & patem in exteris affectum, & amplius in neceſſarijs ſubſidium, Quod non verebor addere eſt, me mihi quotidie gratulari, quod tumultuantis Prouinciæ eo ſim procellis iactatus, vbi filijs, & ſubditis, Parens, & Præſes, FELICIS omen, & nomen, obediendiæ, & ſeruitutis optabilem pari ſuauitate ſtatum reddit. In quo quia aſpirante Reuerendiſſimæ Paternitatis Veſtræ Beneuolentia aliquandiu verſari ſit ſpes: æquum fuit, ſi inutilis ſeruitij, ſaltem non Ingrati animi monimentum aliquod laborare, & hoc in primo terroris argumento ſum meditatus. Exiguum eſt reuera operis mole, minus adhuc artificij venuſtate, ſed non Ingratum ſpero Reuerendiſsimæ Paternitati Veſtræ ſubiecti pietate, quod potentiſſimi Protectoris, cuius ſpiritus GLADIVM paterna dextra, & Apoſtolatus CORONAM merita ceruice defert Virtutes, & merita, rudi licet penicillo delineet.

Quidquid ſit humillimus offerre audeo, non tam

tenuis ingenij periculum, quam Integerrimæ obseruantiæ cultum, Enixe supplex, vt ausus libertatem, si displicuerit benignus Ignoscat, & otij negotium si arriserit, liber & potens in omnia sua imperet.

Reuerendissimæ Paternitatis Vestræ

Deditissimus in Christo
Seruus
Domnus Casimirus, Monachus
Burgundus.

Ex Vestro Sancti Pauli Monasterio.

Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. P. Mag. Sac. Pal. Apost.

I. de Angelis Archiep. Vrb. Vicesg.

Imprimatur,

Fr. Raymundus Capisuccus Ord. Præd. Sac. Pal. Apost. Mag.

NATIVITAS

Adducam super vos GLADIVM. *Ezech. 29.*

ELEGIACI VERSVS.

Moribus Isacides errabant deuia primis,
abnuerant quæ Deo fœdera pacta suo.
Iam non Illa sacræ custos firmissima legis
Cognita Gens Orbi Religione sua.
Irruerat scelus omne palam, pietatis auitæ
auersum Callem fronte superba terens.
Præerat huic Princeps, Sceptris qui nomen inane
perditus exemplo criminis omne dabat.
Sancta procul pietas, corrupta excesserat aula,
Nobilis insontem se sine lege putat:
Nec Ius Consilijs, procul æqui cura tuendi;
Dat Iudex socias ad scelerata manus.
Non monito virtus, vultu aut reuerenda senili,
Obsequio Iuuenis, fronte puella caret.
Nec potiore sibi cernit seruire ministros
Ingratos patiens Religione Deus.
Immeritos opibus nimio cumularat amore
Criminis in partem turpis opima trahunt.
Debuerat Cælo qui uni spirare sacerdos
totus auaritiæ pectora plena gerit.

Crimen

Crimen vbique, Nefas caput exundauit in omne.
petores Solymas Iam Babilone voces.
Sic vacua pietate suos reprobata colebat
Ritus, Insenso Gens inimica Deo:
Iussa frequens solitis celebrabat festa diebus
Ast dabat aris Iam Thura inodara suis.
Vatum cessarant oracula, Numen amicum
desierat populo pandere Iussa suo:
Cum natis Synagoga parens male fata cruentis
præteritis saulum progenuit similem.
Extulit hunc quæ dicta tribus de nomine nati,
qui Patri extremus Charior atque fuit.
Præuidit male fausta suæ cunabula prolis
cælestis plenus Luminis ipse parens;
Dum socys dans verba Senex sic vltima Natis
fatidic aque omnes cognitione notans.
Gaudy, ait, Dilecte mihi puer, atque Doloris
cui vitam proprio funere sponsa dedit.
Nascetur ventura tibi post secla nepotum
Quem bruto similem te genuisse scias.
Raptor erit feritate Lupus prædis que vorandis
Insumet vitæ tempora prima suæ;
Degener erumpet corrupta ex arbore fructus,
prauato multis Causa sapore necis.
Ast fili teneros vt ego moderare dolores
hunc fato Numen posteriore beat.

PER-

PERSECVTIO

Cæpit GLADIVS in Ciuitatibus,& consumet electos.
Osee 11.

HEROICI VERSVS.

Vix teneræ SAVLVS primos exegerat annos
ætatis, maiora ruit dum crimina præceps.
Induerat Iuuenem genio natura feroci
& pronum in faciles animum formauerat iras:
Hinc cum iam propria, & cura cogente parentum
Isacidum doctus Genti data sacra fuisset.
scitæ animum nimia legis pietate calentem
imbibit, ardenti zelum cum sanguine fallens.
Hoc cæco feruore furens, scelus omne sacrorum
Interpres malus aggreditur, pietatis auitæ,
Virtutum, & falsa delusus imagine, credit
Concertare suum pro Religione furorem.
Audierat per multa nouam miracula Christum
doctrinam suasisse orbi, Populos que fideles
viuere, Discipulis portenta operantibus ipsa
queis fundata fides fuerat, Tum percitus ira
votum mente capit perdendi mortibus omnes
& Christi legisque nouæ. Se prima furenti
offert in STEPHANO vindictæ occasio dandæ.
Cognitus is solymis viuebat, Discipulus que
Christo, multiplici reprimens virtute rebelles

Christiadum legi: STEPHANO sed parcere, SAVLO
Causa suadebat cognati sanguinis vna.
Et furor, & pietas dubium conuellere longo
tempore perstabant, varias que inducere partes.
Tandem cecus amor legis regnauit amica
fedora nature, & fratrem mutauit in hostem.
Ardet, persequitur, Cognatum semina vitæ
ore salutifero spargentem respuit, instat
& prompta vinctum trucidari morte nocentem.
Obsequitur monitis proprijs, dat brachia primus
ad pœnam, exemplum que reo, seruire trahendo.
Et lapides iacit ipse furens queis vindicet, & quo
plus nocuisse sciant STEPHANO, vult omnibus vnus
Pannorum custos, animos augere nocentes.
Nec proprias temerasse manus in Sanguine amico
sufficit, exosæ vult religionis amantes,
nomen, & infensum simili disperdere fato.
Hunc videas terrere minis, narrare tacentem
hunc cogit, quid de Mosis, de legis auitæ
Religione putet secretam prodere mentem.
Hic videas vigilem per tetra silentia noctis
suspectas penetrare domos, abducat vt inde
quos Christo, exploranis, nomen scripsisse notauit.
Hic videas multis comitem properare tribunal
quos trahit in vinculis, vel morti a Iudice dentur.
Terror vbique, Gregem SAVLVS vult perdere Christi:

DIRÆ IN PERSECVTOREM

GLADIVS meus deuorabit carnes. Deuter 32.

Deuorabis, dixisti & vere, Nullus enim, eo desæuiat furore quo tu debacharis, nisi abiecto omni humanitatis sensu in plusquam ferinam crudelitatem transierit. Sed cur tot supplicia? cur tot cædes? Quid enim peccarunt quos tu persequeris? Quæ merientium noxæ? quod flagitium? Conscios ne seditionis rebelles mactas, quorum vindicta innocentes alij capitis periculum declinent? Non huius, inquis, sceleris sunt rei, sed peioris, Ergone condicto tentarunt templum succendere aut sacrilego ausu rei quid piam sacræ polluere? eosque punis, vt Iesi Numinis ira populum innoxium prætereat? Nec hoc inquis, sed horribilius quid meditantur, & perficiunt. Quod ergo? Legem destruunt & sacra omnia prophano dissipant furore. Legem tot fulminibus latam, tot portentis victricem, tot argumentis sanctam, Legem cuius oraculo tremendum Numen spem omnium salutis proposuit, Legem cuius firmamento stantis regni securitatem stabiliuit. Legem cuius cultu, & præsentis, & futuræ fœlicitatis certitudinem confirmauit. Hoc ne leuis momenti negotium? hoc ne rei negligendæ dispendium? Non ita sed ferro, & igne extirpanda Religio, quæ ontium facit, & fidei

periculum, & ſalutis irreparabile damnum. Perdendi omnes, & ſcrutandum ſupplicijs ad viſcera ſcelus, quod omnium corde exeat. Nec ita furibunde Actor, nec ita, Quod ſi non pateris errorem tibi tuum obcæcato aperiri, quo cognito mitioribus forſan conſilijs animum dares, diris te omnibus pro feritate deuoueri audias.

Nec legis, nec ſacrorum ruinę intendunt, quos agis noxios, nec ſaluti vnquam publicę ſcandalum poſuere qui nullius alterius criminis puniuntur conſcij. Tu ipſe es infenſo perſecutor; qui legem peſſumdas, & ſacra omnia indigno polluis furore. Audiſti obtrectantes aliquando aut legis ſanctitati, aut veridicis Prophetarum oraculis? Religionis dubium ſoluit vitæ innocentis argumentum. Quid arguas fare in ijs quos tu perſequeris? Obligata à lege tam humilibus exequuntur officijs, vt deuotiores habeant quod aſſequantur, & ipſi hoſtes quod ſtupeant. Quis pauperum queratur, inutilem eis miſeriam exhibuiſſe? Bona velle anteactæ pietatis fuit, ſed bona præſenti remedio præſtare hodierni inter eos exempli eſt. Cæterum quod omnino de ijs ſic Deo, honoribuſque deditis ſuſpicari vetat, Credentium non ſola fides vna, ſed & anima, & cor, & bona, & omnia, vt vita eorum non hominum cætus qui miſerijs carere non poſſunt, ſed Angelorum contubernium qui diuino amore ſociati viuunt, Iure merito videri poſſit.

Hos tamen tu perſequeris! tu ſupplicijs, quibus vel flagi-

flagitiorum omnium conscij expientur, execrando necas furore! Ah! sceleftum caput feriat aliquando iusta vindicta Numen! Nocentem omnia impetant elementa. Quin imo exciti ab inferno Vindices diuini furoris ministri, finem sceleribus faciant, quæ tot sanctos mundo indignis efferunt supplicijs.

Sed sequire, Arguor, primi Spiritus est non secundi. Opotius Chare hostis, Amande Persecutor quem ad reconciliationem, inuicta & supplici suorum patientia prouocat Deus. Protegat te, qui sole suo Iustos illustrat & iniustos. Dignetur cęcutienti tibi allucere, & male sani cordis odium victrici gratia triumphare, vt tãto nobiscum deinceps ardore cognitam veritatem propugnes, quanto nunc furore offendis.



PER-

PERSECVTI

GLADIVM, & bellum conteram. Osee 2.

VERSVS IAMBICI TRIMETRI.

SAVLO furenti in Christianorum Gregem,
& seuienti per minas & verbera
cessere multi (sic volente Numine,)
Celeste dogma qui per exteras plagas
disseminantes, preparatas in salo
fecondiori legerant messes. Suas
crudelis aures obserarat Nancys
Vrbs predicato reprobata Oraculo:
Ast Gentium Christus Redemptor & Parens
ruinam amice plebis instaurat nouis
heredibus, quos iam fide ad celum vocat.
Audiuit huius nomen ortum Ecclesie,
quam Nationum preparabat optimus
Deus salutem SAVLVS, insanit furit,
& acriori corde vindicta tumens
ad Iudices Actor leuem rapit gradum:
Instat supreme Iussa committi sibi
aucthoritatis, Principum vt scepero potens
Laribus reuellat, quos vbique inuenerit
Christi fideles, in que tetros carceres
trudat necandos, Expetitis litteris

gau-

gaudet, viamque suscipit lætus suum
sacrare zelum plebis innocuæ nece.
Spirans minarum cædis &, iam proximam
tenet Damascum, cum Gregis custos vigil
sui, salutis Christus, & SAVLI artifex
prostrare prompto præparat se fulmine
hunc persequentem, Cælitum turba
dextram sequente linquit æterni patris,
SAVLO que terrens vltor occurrit: videt
micante stantem luce conspicuum sibi
suspensus hostis; quem ore blasphemo suæ
Gentis vocarat Actor infensus luem.
Sistit, stupet, dum & nictitanti palpebra
splendentis audet intueri gloriam
pœnas luit, nam lumen offusum manet
& cæcus vltor; nec satis terrens Deus
minas tonantes in caput reum iacit
Quid Saule Saule persequis Christum iuuat
qui tam potentis sternat hostiles manu
nisus, Ego sum, corde quem insequeris furens,
vltor meorum iam polos linquo, tuis
finem daturus voce, iussu cedibus
Tanto minantis decidit preceps equo
terrore SAVLVS, menteque a primo altera
furore supplex. Numen iratum rogat
dulces paratus gratiæ motus sequi.

CHRISTO
SAVLVM TRIVMPHANTI
EVCHARISTIA.

Auertisti adiutorium GLADI I eius. *Psal.* 88.

IAm iam hodie multiplices tuo nomini laudes geminare habet Ecclesia tua Defensor Optime, quod post tot pericula, & cędes eam quietiori fiducia respirare sinis. Iam omnes Prouide Pastor reddere tibi gratias debet Ouile tuum, quod voracis, & sęuientis lupi, morsibus liberum dimittis. Anhelo hactenus steterat pauore tremens, lacerum vndique laniante fera, sed hodie timores omnes certo confirmas amoris tui indicio, & hostium eius audaciam confundis omnipotentis patientia argumento. Putarunt te recedente, gregem Pastore vacuum prędam iri, & vt ita oues discerpebant derelictas, sed hodie facis fulminanti vindicta, & impotentis sęuitię periculum, & curæ infallibilis exemplum. In vno Elidis hostium capite infensæ côiurationis exercitum nec est qui prostrato SAVLO sugillare amplius audeat nobis, religionis diffidium, quod tuis Legibus sub vindici dexteræ tuæ vmbra profitemur. Gratias igitur & gratias reddimus, nullo altero valentes mutuam beneficio vicem reddere quam effusissimi cordis gratitudine. Totam se tuis sacratissimis pedibus prosternit

ecclesia tua, reuerentię suę, in humili deiectione coram tremenda pręsentia tua obsequens, & grati amoris in subito corde motum expressura. Legis in occulto pectore, quod verbis minus propalare nequit, audisque muto ipsius silentio, quod eloquentissimæ voces non explicent, scilicet te vnicum protectorem solemni voto, & deuotione perfecta Agnosci, cui æterna seruitute pręstiti beneficij gratiam resoluamus. Quid enim alieni nobis amoris superfit, quem totum velut infinita donatione vendicas? Quid exigui nostri obsequij minus alteri possumus deuouere, quod plusquam totum amandę Maiestati tuę obligat pręsentis gratiæ effusa copia? gratię inquam quę duplicis meriti est geminata profusio, quod nobis & Persecutorem abstuleris, & Prædicatorem concedas. Saulus non primo tantum humilis cessit furori, sed prostratus pœnitenti audacia fidei nostrę fit supplex & pręco, quis hostium hoc vmquam potuisset suspicari? Quis nostrum hoc sperare? Ita est tamen, & quod rem indubio firmet oraculo, & viuit fidelis & prædicat Apostolus, quod antea insectabatur Impius vltor. Prima Damascus illum audijt, non vt exierat Christianis obtrectantem, sed eorum dogma pia impudentia tutantem, & affirmantem quoniam hic esset Christus, cuius fideles furenti venerat odio Iugulare. Constupuit Ierosolyma, scire illum qui exequendę vindictæ munus exegerat feruens, in alia versum iam Orbem insensi nominis fama implere, &

 por-

portentis quibus ſe Numen tremendum prędicet, fidē nouam vindicare. Sed mirentur & doleant hoſtes, coniurata conſilia eludi, nobis ſatis ſit ad iubilum, te ò Amantiſſime Saluator, vigili brachio tuos curare, & confundendis aduerſarijs, vbi tuam res cedat ad gloriam, pręſenti Omnipotentiæ tuæ vindicta ſemper adeſſe. Hoc nobis certę ſpei gaudium, hoc tibi communi Euchariſtia referimus, hoc ſecuri, in vmbra tua fidei creditæ mores ęterna ſeruitute reddemus.



PRÆ-

PRÆDICATIO

In GLADIO suo possederunt terram. Psal. 43.

ODE ALCHAICA.

Cessate fletu Christiadas iubet
patrata Summi Numinis Vltio;
Iam pristinos cogit dolores
in faciles reserare plausus.
Tandem Insequutor Numinis, & noue
Saulus fidei pacitus excidit
Christi tonantis voce, & alter
ingenio meliore viuit.
Nec vita tantum moribus altera
vectum Deo commendat, in ardua
nitens, fidei est præco factus
cui fuerat violentus hostis.
Vix prima sanus lumina percipit
placatus hospes mitis Ananiæ,
cum puriori luce clarus
hac properat radiare cunctis.
Primos Damasci lucis, & ignium,
Queis arserat, promit radios, Domos,
& templa festinus recurrens
Christiadum celebrare nomen.
Miratur ardens Isacidum Genus.
Legis paternæ, tempora, vindicem

mutasse post hac execrati
discipulum remanere Christi.
Instant loquenti, iam prece, iam minis
nunc disputantes, ut sileat fidem:
terrore sed misso, arguentes
Ingenio meliore vincit.
Non sufficit Christi dogmata feruido
Paulo Damasci dicere, Gentibus
toto orbe terrarum remotis
intrepidus cupit esse Doctor.
Hoc igne feruens currit Apostolus
Primum patentes Arabia plagas,
hinc Parthiam, Persas, Iberos,
Ethyopes, Scytios que lustrat.
Pracone tanto Christiadum fides
verbo tonanti fertur ad extera
Regna, & Deo Ignoto referre
Barbarus obsequium Iubetur.
Qua olim colebat Numina mutilis
deuotio Gentes ludere noxys
oraculis cessant, & aris
pracipiti cecidere casu.
Confusa Pauli turba potentiam
sic fulminantis, pegmate non ferunt;
Verbo ruunt prostrata monstra
& celerem faciunt ruinam.

FVLMINANTIS

ELOQVENTIA TROPHÆA.

Partem tuli extra fratres meos de manu Amorrhei in GLADIO meo Genes. 49.

NVllum minus Orbe toto theatrum Paulo satis fuit vt victricis eloquentiæ trophæa explicaret. Illius prouincia vna, alterius Apostoli regnum aliquod prædicationem exceperit, huius vix lata terræ amplitudo oracula capiat, vix digna triumphanti monimenta frequens tota componat. Quid ergo? operatus est Paulus quod Orbis vniuersi intersit gratulari. Imò quod cælestium omnium plausu celebretur. Parum ne est quod semotas toto terrarum Orbe gentes lustrauerit Christum annuncians, vbi vix solares radij clarescunt? plus dico & visit, & prædicauit, & persuasit fidem corruptis omnium moribus aduersam; & quod stupeas persuasit victrici eloquentia de cætero vir imbecillis, fulminauit cultos populis Deos vir inermis. Rem discute vt mireris.

Prostratus vt audisti, & cæcus factus solo hæsit aliquantulum, inanis furoris pœnitentia confusus, sed ad futurum mente voluens, quæ meditata vix capias. Exciderat cœptis, vnius hominis Religionem destruere, plebeculę vilis simplicissimo genio probatam eandemque

que inermi præsidio fultam, quid cogitat? huius ſtaoṫis gratia, omnes Orbis vniuerſi euertere, ſacra omnia diſſipare, & culta vbique terrarum Numina aris, & templis exturbare. Audentus nimia, aut ſapientis an conſilium fuerit, probet exitus. Meditatis inſtat, pergit luſtrat, currit, recurrit gentes & regna fido conceptæ ſpei exitu, victrici vbique eloquentia, & animos conuertente, & Deos eueitente. Solem Perſis, Oſyrim Egyptijs, Dianam Epheſijs, Cadmum Phœnicibus, Iouem denique Plutonem, Mercurium, inanemque cęterorum Cateruam Græcis, Romanis, Barbaris adimit, pari capitis periculo, ſed ſimili poteſtatis experimeoto, quo vbique, aut gentes loquente credebant, aut templa orante corruebant, aut monſtra minante Idolis pulſabantur, vt dixeris non lingua, ſed fulmine vt ad portentorum effectum. Sed quidni fulmen dicas prædicantis Pauli eloquentiam, qua maiori deuota ſuperſtitionibus fide, corda mutantur? qua pluribus implexa vitijs ad pietatem euelluntur? qua immitioribus ardentia odijs, manſueta veniunt ad pacem, properant ad Chriſti Religionem?

Quidni fulmen eloquentiam hanc voces, qua conturbati Demones extruduntur, qua concuſſæ aræ ſubuertuntur, qua deſolata templa concidunt? Fulmen eſt quod populis metum ad fidem Idolis caſum ad ruinam, Demonibus exilium ad confuſionem intentat, fulmen eſt quo homines terrentur ad ſalutem, templa ruunt ad

Ec-

ecclesiæ ædificationem, maligni fugantur ad fidei propagationem.

His triamphantem vbique Paulum miraculis, falsum me asseruisse arguor, dum æquum dixi eius trophæis Orbem, theatrum, Æquum est nec amplius, cum omnes communi plaudant voce Gentes illuc fulmina suæ vibrasse prædicationis, quo sol suę radios mittit lucis. Nulla est ab ortu ad Occasum ab Occeano ad Euxinum, quæ victrici non fateatur se dedisse Pauli eloquentiæ, quæ vt proprium sibi Apostolum non agnoscat, & templa triumphanti memoriæ non erexerit, & victoriæ trophæa, & seruitutis monimenta.



EPI-

Exarentur in libro STYLO FERREO. Iob,19.

Hexametri &
Dialectici Archiloquij.

Terrificans Saulum prostrarat Christus in omni.
Doctor vt Orbe foret.
Tantaque vt exercens audiret munia dignus
Ipse Deus docuit.
Prostratum cæcumq; vno traduxit, fulmine Cœlos
Lumina & alta dedit,
Queis sapuisse Orbi, & venturis tradere sæclis
omnibus intereat.
Orbis agit cursum, Gentes illustrat & omnes
Ignibus atque zelo:
Ast meritum mercede cupit finire laborem
Numen ad astra vocat.
Ne pereant radij traducto Sole, figurat
Dogmata sacra stylo.
Hac scriptis loquitur, quæ raptus ad ætera ab ore
Numinis audierat.
His Sophiæ premitur fastus, veterumq; Sophorum
vana Supercilia.
Temporibus lapsis celata oracula, ab ista
publica duce patent.

Que-

Quaeque suae Christus fecit mysteria sponsae
conscius hisce docet.
Cur iustus reprobet, quosdam super astra benignus
tuehat, his loquitur,
Quis donum commendet amor quando sacra Christus
corporis instituit,
Quaeque parare fides, & terror debet alumnum
dum Sacramenta capit
Ordo beata poli quisnam palatia Regnet
Aligerum que Choros.
Huius ad exemplum quae imitanda fidelibus, & quae
Munia praesulibus.
Hasce potestatis Primates erudiuntur
debita cuncta suae,
Ne nimys specie utentes terroribus aequi
Sceptra cruenta gerant,
Aut timida peccantis Maiestate superfit
Legis, inane, furor.
Qualis, honoretur Maiestas prima Tonantis,
sit timor in famulo,
Qualis amor sponsos nectat, connubia Caelum
ut sibi facta beet.
Inuenit tandem lector, quibus, omnia mores
instruat atque fidem.

DIVINÆ PAVLI
SAPIENTIÆ PANEGERIS DELINEATA

Si ac vero vt fulgur GLADIVM meum. Deut. 32

DIuinam Pauli ſapientiam prædicare non hominis, ſed Angeli negotium eſt, Quis enim mortalium iuſtus Ponderator eorum, quæ nec ipſe Paulus enunciauit, nec homini audire licitum aſſeruit? Quod ergo tenui ſtylo hic tentamus exprimere, hoc præiudicio audemus, quo pingentibus vel imperitiſſimis, licet ſolis fulgores, luceis quibuſdam coloribus delineare.&c.

Pauli Sapientiam ex æquo commendat docentis authoritas, & nomen. Hominem Orbi daturus Deus. qui ſuperioris ſapientiæ doctor audiret, illi ſcholam in Cælis conſtituit (nec enim in terra ſecretæ intellectibus omnibus pari ignorantia ſcientiæ præceptor reperiri poterat). Sed Auſcultantem tanto Præceptori Diſcipulum quis capiat? infuſa quis lumina perſpiciat? Numen eſt quod explicat, Paulus qui audit, Dei ipſamet ſapientia quæ addiſcitur. Numen cuius voces tonitrua, quod lumen habitat inacceſſibilem, luminum Parens, Numen cuius ſplendoribus, perſpicaces ipſi oculos nubilant Angeli, fulgori tanto impares. Numen quod vno conceptam intellectu veritatem omnem, æterna attentione meditatur.

Huic docenti auſcultat Paulus, Paulus ille ingenio-

rum

im Phœnix. Paulus omni humano fcibili imbutus, Paulus inter attonitos Aligerum choros fublimis doctoris folio proximus, aure præfens, intellectu capax, & corde firmus tradendis obaudire.

Quæ docentur myfteria funt cæleftibus ipfis filentiom acula mortalibus omnibus fatum, fapientia fæculis omnibus ftudium. Quod fpectaculum quæfo meditanti, fcholæ huius apparatus exhibet? Deus infpirat, & loquitur, Circumftantia cæli agmina venerantur & filent, medius excipit Paulus doctrinam, ad mortalium omnium decus, Iuftitiam, falutem. Decus inquio, quod enim mortales gloria ampliore illuftret, quam in vno fuiffe Numinis difcipulos? Iuftitiam, quis enim cæleftis viæ compendia noffet fi non didiciffet Paulus? Et quis falutem fperaret, fi non ipfe infenfi Dei fulmina mitiori pietate tnmperata prædicaffet?

His Paulum Doctoratum miraculis, his infufam Oraculis fapientiã digno quis elogio affequatur? quis vtriufque panegerim equis laudibus perficiat? Et Doctor fine paris exemplo, & fapientia fine erroris periculo. Quo dicto fileat omnis eloquentia, mutefcat laudator omnis. Sed publica Orbi non taceat, & Pauli docentis Maieftatem, & fapientiæ cæleftis authoritatem.

Et Paulo, & Cælo opus erat, vt concretis inueteratum vitijs mortalium genus in nouos mores regeneraretur, & data nouo teftamento fides, tot gentium, & fæculorum errores triumpharet, vtrumque mirari, quia

vtrumque narare licet. Quis fastus in humili Paudum Numinis Apostolum agens, & vitia, & demoni fulminaret? Nutat orbis templorum casu, & Demonum præcipitio, sed ipsa cælorum tinniunt culmina tonanti prædicantis verbo. Flatiles ipsi, qui leui gr-uantur Principum titulo, vt immota libertate vitijs, erroribus hæreant, experti sunt quam infirma firmitate nitatur crimen dum illud impetit minitantis Apostoli fulmen; nec solium elationem nec satelles securitatem præstabat vbi conuellere statuerat Paulus. Loqui satis fuit, cedere opus, vel inuitum erat, quamuis & casus pans suauis fieret humilitas qua ad spei sublimitatem assurgitur.

Sed quid de Pauli fulminibus plura, quæ vel hodie in Epistolis eius tonant? Testis ipse totius fere orbis quæstionum importunitate surdescens Ieronymus, qui si aliqoando obrutas aures à tumultu abstraxisset, Paulumque oeulis applicasset, tot sibi affirmat sonare tonitrua quot legebat verba.

Quod sit aliquando Paulus sibi peroranti, vt Mercurio a Licaonijs apparari vidit sacrificium, illum scias tunc mitiori organo, sed semper, vt à Deo edoctum aures demulsisse &c.

MI-

MIRACVLA

GLADIVM suum vibrabit. Psal. 7.

ODE SAPHICA

Magna dicturum quibus ipse maior
Paulus attentum stupefecit Orbem;
Numen illustrans ope singulari
erige vatem.
Sic tuæ laudes canimus potentis
Dexteræ, illum dum celebramus; Orbi
namque portentis validus refulsit,
tu quibus author.
Persecutorem potiore signo
subditum in Cælos recipis magister
Gentibus signa vt te operante discat
edere cuncta.
Vt nouus Cælo datus hic Prometheus
Ignium inter quos solium parasti
testis, ignitas rapiens fauillas
transtulit Orbem.
Igneus mundo loquitur propheta
Igne peccantes reprimens loquelæ;
Igneo post hac Elementa cogit
noxia pugnæ.
Consulem verbis fieri fidelem
Suadet Ignitis, Elymas resistit;

Igneus

Igneus sago maledicta dicens
lumina adurit.
Sic peroranti socia coronæ,
Eutycus casu moritur fenestra,
Turba tristatur, subito at loquentis
igne reuiuit.
Lege quos cunctis dominante viuis
fata mortales rapiunt, sepulti
sentiunt vitam cineres ab isto
igne reducti.
Hoc calens igni maris vnda nequit
halitum vno glaciare mersis,
Naufragus viuit licet obruente
Ignis in vnda.
Arserat Pauli latitans veneno
Dexteram serpens, potiore feruet
at manus flamma, mutuumque vulnus
enecat Anguem.
Tartari flammans focus ipse friget
noxio flatu pia deuorare
corda, victore hoc sceleratus ardor
Igne tepescit.
Ignei Pauli proprijs supellex
ignibus totum calefecit Orbem,
Vestium flammis mala cuncta, demon
ipse fugatur.

PAVLI

PAVLI
HAVMATVRGI PRÆCONIVM

Non est hoc aliud nisi GLADIVS Gedeonis. Iud. 7.

Mportuno obuenit occursu vt in liberaliori dicendi copia, hærere cogatur discursus, & vbi in amplius currit Argumentum, mutescere habeat Orator. Pauli miracula narraturo quis non videat integram superesse andi materiam? Quia tamen locuturum, æquum obruit æ amplitudinis, & Maiestatis pondus In nimio peroran- i subiecto, nihil exprimi posse perspicuum est.—

Sed etiam Pauli miracula prædicare quis habeat?quæ quotidie radijs, oculis omnium indelebili caractere collustrat? quæ erectis vbique terrarum trophæis, se- a mortalium omnium memoriæ conseruant? Expli- i ea infinitus vetat numerus, ea obliterari conscius obibet Orbis vniuersus, ita vt Oratori superfit se de aulo dicturum, dixisse: auditori Pauli nomen audisse.

Reipsa in vno Paulo sat miraculorum est, vt meditari stupeant, qui nisi quam maxima mirantur. Quod enim portentum miraculo maius illo quo Paulum Deus vni- co charitatis filo tot annis per tot labores, & pericula ad mortem vsque supplicijs acerbam traduxit? Paulum tam impatientis genij, tam feruentis indolis, tam procacis naturæ? Deus Paulo fulmine infensus, nimis terribilis & durorum omnium exactor?

Que-

Querulus ipse testis, pugnas necessarias lament. vt rebellantem hostem subigeret, & se lacrymis effusu quoties ! vt obstinatæ voluntatis emolleret duritie Non suadentes experiebatur, aut suggillantes solum ce nis motus, dixerim prope vim inferenres, stimulis aculeo lacerantes, vt aut dejeecrent, aut diuisum in minis partem abducerent. Hoc tamen quariente impe stabat, hoc grassante bello, pacificus vacabat, hoc pe strepente tumultu Deo secretus obaudiebat, ad omn que eius beneplacita, nunc Apostolus currebat, nunc re ad tribunal sequebatur, nunc naufragus in profondum descendebat, nunc abstractus, diuulsus, virgas, cedes, vul nera hostium immobilis expectabat. Hoc ne mirac lum ? primarium sane, quo solo Paulus portentosus diat, & in eo maiora Dei potentis prodigia veneremu.

Cetera vt dixi qui periculum numerandi fecerit syd ra ad calculum reduci posse sit expertus, quia nec pa ciora, nec obscuriora suspicimus. Vnõ sit satis, & or toris muneri, & admirantim pietati, scilicet omnigen miracula potestatis edidisse. Vt Angelus æternam sociauit cum laborum tumultu contemplantis requiem, vt Apostolus omnem circuiuit mundi plagam, vt Martir omnis passus est pœna supplicium, vt Doctor omnis tradidit Iustitię Consilium, vt Confessor pro omnis stetit veritatis testimonio, & Virgo omni præluxit puritatis exemplo; & si in singulis pares videatur aliquos habere extollit Paulum omnibus, vniuersa operandi, virtute singulari, prodigium. &c.

MAR-

MARTYRIVM

Bonum certamen certaui. 2. ad Thim. 4.

ODE ASCLEPIADITA.

Iam plectrum teneris Musa ſuior
compungi modulis rem decet, & iuuat.
Ad celum properat victor Apoſtolus,
parta tempora gloriæ.
Non triſtis faces funeris obuenit
non mortis miſeræ dura neceſſitas;
Dum Paulus moritur lætitiæ faces
ſunt, funalia triſtia.
Ad cæli videas limina currere
effuſis numeris Aligerum choros
qui vultu iubilo, Cantibus, & roſis
Pauli ſuſcipiunt necem.
Non tu ſæue Nero Iudicio potens
plectentem capiti Carnificem imperas
ſed Paulus moriens vindice dextera
dicit ſupplicium tibi.
Iam ponit patiens arma quibus minax
terrorem potuit reddere militi:
fortis viribus eſt, his quibus Imperia
Orbis terruit omnia.
Conſcribi merita proximus aulicis

E *queis*

queis Regis superum constat in æthere
Aula, vnum facient, idque satellites
tingat sanguine purpuram.
Vt fulmen populos ore potentius
vindicta quasijt Numinis eloquens,
sitit iam, pateat sæua quiescere
Lesi verbera Numinis.
Captis obsequeris sæue furoribus
perge, occide Nero: Supplicijs tuis
mittis purpureum ad sydera Principem;
nos faustis recreas nouis.
Nec tu Paule minas intrepidus times,
E mollire fidem tentat inutilis
ferro lictor, amas fata quibus tenes
victor præmia cælica.
Iam lætus moreris culta laboribus
dum palmas merito terra parit tibi:
dum certant populi conscias tuo
laudes dicere nomini.
Hac cedent alijs tempora seculis,
cum pulsis solio Roma Neronibus
effusum redeat lambere sanguinem
& mortem preco soluere.
Nec nos hic lacrymis supplicium anxij
aut mæstis sequimur funera nænijs:
Vincenti propera morte tibi damus
Cordis dulcia cantica.

PAV-

PAVLI

EPICEDIVM.

Inebriatus est in Cælo GLADIVS meus. Isay. 34.

HAnc quam prospicis pompam numero frequentem, vultu festiuam, luminibusque splendentem, prosequentis ad funera turbę, sed properantis ad sonnia coronæ, spectaculum est; Etsi in loco ad quem cedit omnem videas apparatum supplicij, derelictos fes, fusum sanguinem, & defunctum corpus, non ıscij tamen cuiusquam criminis mulcta fuit, sed triōtis pro Numine martyrium. Iam iam Paulus mors est, Testis accurrit hæc pompa victoriæ, Paranymy ego, Pęana, hymeneos, & sacros Apotheosis canicere habeo. &c.

Victoriam Pauli mortem dixi, longo enim pœnarum tamine concertauit Nero, rępugnantem Dijs colendis ncere nec potuit: & hoc vltimo momento fecit vterque, & inutilis pœnæ Nero periculum, & inuictæ constantiæ Paulus firmamentum. Nuptias appellaui, sponsalium enim fidem quam in cælis raptus olim æternæ Numinis Gloriæ desponderat, inuiolato amore seruatam, iam vltimo celebrat amplexu.

Apotheosim nec veritus dicere eo confirmo, quod meriti heroicis omnibus cæli, triomphis tropheisque au-

ctus, herorum socius, culmina conscendat: Qu
sceptum executuro, & palmis, & floribus, & Can
sacris opus est, Palmis pro victoris triompho, florit
& facibus pro hymenei thalamo, Canribus pro h
Elogio.

Liberat me tamen, a muneris tanti officio, pul
concelebrandæ festiuitati cæli terræque conspiratio,
certatim vtrumque Pauli gloriam prosequitur. Pal.
nullum obus, vbi triomphantem Gens omnis corc
tis tropheis adornat. Populos omnes inuisit Apostol
Cælestis sapientię eis amœnum traduxit diem, & q
inobliterata cum faciat viuere memoria victricibus e
quentiæ suę blandimentis, omnium amores triomp
uit. Quid dubium si tam placido victori superf
nota in eorum corde affectio, & erecta in eorum
placitæ seruitutis monimenta? Supersunt dubio pr
nec alijs, Oratoribus opus est palmis ad commer
dam Pauli gloriam, quam ijs quas proprijs laboribu
tas, grati vbique terrarum populi pia fide coluerunt.

Enim vero quid causæ putatur, quod nec Nero vl
mo se prælio presens commisit, nec confecti satellites
manent, stante Pauli inconcussa fide, immota constan
tia? Veritus inanis Imperator fuit, publicum iam con
uicti secreti luctaminis opprobrium, & fugere Lictores
propalato inutilis tormenti effectu. Stat Paulus adhuc,
nec moritur nisi vbi dubiæ pugnę nullus audet pericu-
lum, aut cetræ victoriæ disputat triumphum.

Hy-

ymeneas item faces, flores, & Thalassia Carmina
aendi, præstitum etiam liberat me Cæli obsequium
parantibus omnia superis, quod eorum potius festi-
as sit quam nostra. Minimam exhibet tellus, quam-
s festiua, quamuis parata, pompę speciem. Quod
a suspicis Vicem præuertit nox hodierna soli præteri-
vt syderum omnium fulgore, lumen assequendis
piæ thalamis Paulo ministraret. Nec minores syde-
us faces hunc hymeneum decebant, vt consequen-
faustis plausibus fidelium omnium vota, publica lu-
m, medijs in Idolatriæ tenebris splendescerent, in-
tisque Neronum furoribus, ijs in Cælo certa spes al-
cerer, quibus obcæcata odia tetræ mortis horrores
otis intentabant.

Ita est, collucentia tam viuido splendore sydera, &
uli pompę obsequuntur, & fidem Ecclesiæ irradiant,
n vna luce agnoscas, & triumphantis Apostoli glo-
n, & sperantis nostrę fiduciæ securitatem.

Nec plura complaudens dicam Thalassij carmina,
gnorantis enim non linguę est Balbutire vbi diuinum
melos chori angelici prosequuntur. Stantes meditare in
cęli Ianuis Paulo obuios, quem suis deducunt canticis,
& ad glorię sinum, & ad Numinis amplexum, & quum
pompę huius reliqua in cęlo peragantur, sileat inutilis
Oratio, vtiliori cętera deuotioni relicta.

Con-

Conclusit in GLADIO populum suum. Psal.

SANCTO PAVLO VOTVM ALVMNÆ FAMILIÆ.

Anapestici, & Iambici Dimetri alterni.

Non in vanum GLADIVM portat
De Principe (inquis) saeculi.
Paule docens imperij iura
Quem tradidit terris Deus
homines regnare, malos siquidem
terrente sceptro comprimit,
fouet & pietate benignus, quos
ad candidos mores regit
virtus, conseruat que Innocuos.
O tu fides quem Principem
Aulæ superum, Immensique Dei
nobis reuelat Vindicem
Arma feras non vacuus nobis,
Minas sed Ensis, territæ
fugiant larua Orci Insidiantes
pijs tuis Clientulis.
Nobis tua protectio certam
praestet quietem, debitis
quo te celebremus honoribus, &
Laudes tuæ nostris sonent

plectris modulo liberiori.

Hæc Nobilis fratrum tuo
socijs templo sacra sæderibus
Corona multis sæculis
tibi seruit, Cinerum quibus vris
Orbem, fidelis, & vigil
Custos, nunc se obsequijs vouet
nouis, per ista tempora
quæ communi reparat Numen
Orbis saluti, pristino
addens maiorem cultum aris,
& templa nominis tui
[illegible]oribus instans diuitijs
p[illegible]no nitori reddere.
Sit tibi grati munera Cordis
tua referre gratia.
& vota Benigno aspecta oculo
his assequi fauoribus,
data queis hic tempora viuentes
Læti, futuris omne
Certo, vigili GLADIO tecti
condicant. ErIt Iste MIhI post saeCVLa VInDeX.

